



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

Sectio IX. De cessatione, aut revocatione, renuntiatione, & defensione  
appellationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

tione appellationis talis adverberunt  
tuere debet, qui appellavit, & no  
pellatione jam cessat.

## S E C T I O N I X.

*De cessatione, aut revo  
catione, renuntiatione,  
& defensione appellationis,*

## §. I.

*An & quomodo per revocationem  
Judicis, & per renuntiationem cesse,  
& tollatur appellatio?*

**S**i Judex (sive ordinarius ille sit, sive delegatus) qui partem litigantem gravavit, & à quo ratione hujus gravaminis appellatum fuit, postea ab hujusmodi gravamine desistat, illudque revocet, cessat appellatio. *c. Cùm cessante bo.  
b. t. quia cessante causâ ( finali scil. &  
principali & quidem adæquatè, non au  
tem tantùm i capillis) gravamine sc. ces  
sat etiam esse & tuus, appellatio scil. prout  
supra etiam insinuatum, & de interlocu  
toria intelligendum, quam revocate po  
test Judex a quo, intra decendium ad  
petitionem partis adversæ, velex officio  
etiam postea, (cùn respectu Judicis non  
transfusat in rem judicatam) etiam invitis  
partibus & pendente appellatione. Ces  
sat etiam & tollitur appellatio per renun  
tiationem, sive hæc expressa sit, sive  
tacita, expressè scil. desistendo ab ap  
pellatione: quod potest facere, qui ap  
pellavit, si res adhuc sit integra,  
tacitè verò auctam contrarium appelle  
tatione exscrendo intra debitum tem  
pus non petendo Apostolos, aut non  
introducingo appellationem &c. qui  
bus in casibus sumptus, si quos fecit, ra*

## §. II.

*Quomodo procedendum sit, si  
pellatio sit deserta? & an prosecu  
lationis deserta impedit, ne se  
tentia translat in rem judi  
cam?*

**I**n causis quibusdam, electionum  
aut alijs beneficialibus, in quibus  
prior non tantum ad instantiam pur  
sed ex officio procedere potest, pos  
sunt Judex appellationis proprio modo &  
ex officio procedere, de meritis causa  
impeditis oppositis cognoscere. &  
super quibus appellatum fuit, cuius  
appellans appellationem deferent, ne  
que enim talis deserto officio Judex  
præjudicat, cùm sint diversi modi pro  
cedendi, per viam actionis ad infinitum  
partis, & ex officio Judicis, in  
quamvis unus tollatur, non tollim  
en alter modus, prout sumitur  
*Constitutus 45. b. t.*

Neque prosecutio appellationis o  
redit, quominus sententia, à qua app  
pellatum fuit, transfusat in rem judic  
at, ac si ab ea appellatum non fuisse. & pro  
deserta fuit talis appellatio, juxta Con  
stitutus 45. b. t. Sicut enim per  
plum temporis ad appellandum con  
tutti, si intra illud tempus non appelle  
tur, ratificatur prior sententia & in re  
judicatam transit, ita manet illi senten  
tia si unum robur, etiam si intra tempus  
debitum ab ea appellatum fuerit, si  
men postea deserta fuit appellatio  
quoniam

quamvis iterum suæ desertionis pænitens eam prosequatur, ac si ab ea appellatum non fuisset, & consequenter transit in rem judicatam, ita ut sententia à Judice ad quem lata, contra priorem sententiam à Judice à quo latam, nulla sit, velut lata à non legitimo Judice & contra rem judicatam.

**SECTIO X.**

**De Recusationibus & relationibus.**

**§. I.**

*Quid sit recusatio, & quomodo cum appellatione conveniat, vel ab illa differat?*

**R**ecusatio est Judicis & jurisdictionis ipsius, proposita causâ suspicionis declinatio, eo quod Judex v. g. ex causa verosimili suscepit, ut scilicet majore sinceritate lites procedant. *can.* Quod suspecti 15. *cansa* 3. q. 5. c. *Causam.* 17. &c. *Suspicionis.* 39. de *Officio deleg.* Convenit in aliquibus cum appellatione, in multis tamen etiam differt. Conveniente inter se primum, quod sicuti per appellationem recedit ab audiencia Judicis, ejusque Jurisdictione suspenditur, ita etiam fiat per recusationem; quâ pendente non potest actum aliquem judicalem Judex recusatus exercere. Secundum æquiparantur, quod modum proponendi, ut sicut sine justa & rationabili causâ expressâ non admittitur appellatione ab interlocutoria, ita nec recusatio Judicis. Tertiù in eo etiam convenient, quod sicuti regulares possunt

appellate à correctione superioris, si modus in ea excedatur, ita possit etiam superior recusari, si valde suspectus esset, & ob passionem excessurus putaretur in corrigo, dummodo manifesta sit causa suspicionis. Differt autem appellatione à recusatione. Primo quod recusati possit Judex, etiam si non gravet, cum tamen appellati non possit à Judice nisi gravet. Secundo quod recusari aliquis non possit Judicem, in quem consensit, cum tamen ab hoc appellare possit. Tertiù quod à Vicario generali aut officiali non possit appellati ad Episcopum, possit tamen coram hoc Vicarius v. g. recusari. Quarto quod in eadem causa non licet tertia appellatio, possit autem post secundam appellacionem Judex recusari &c.

**§. II.**

*Quando, & quomodo fieri possit, recusatio Judicis, & quis facilius effectus?*

**P**roponi debet recusatio Judicis intra 20. dies post libellum ante contestationem litis; quia recusatio hæc additorias exceptions pertinet, ante litis contestationem proponendas, ne agendo aut respondendo coram illo videatur eum ut Judicem approbare. Sicuti autem 20. dies de utroque jure conceduntur parti ad deliberandum, utrum litigium velit, ita hi etiam subservient ad recusandum iudicem, nisi notorium sit eum catere jurisdictione; vel judicium subeat de excommunicatione v. g. actoris, cum protestatione, ut salva sibi maneat recusationis exceptio, vel post

*litem*

*Eff. 2*